

quæ agimus nostra non sunt, et ex omni nostro labore habemus nihil præterquàm gaudium, quod datur à Deo paucis, sed vix absque uxore sincerum. Felix itaque ille judicandus, cui Deus dedit uxorem hilarem, amicam, gratam, quæ suâ suavitate, suis moribus virum exhilaret.

Gratulor etiam de præmio ab Academiâ Tolosanâ reportato \*; ego non scripsi; et quomodò scriberem de morbo nunquàm à me viso? Potuissem tamen commentari de modo communicationis qualitatum canis in rabido, sed modò ex analogiâ aliarum rerum; et si etiam scripsissem, annon ego vel alius nunquàm tibi palmam præriperet medicam? Ego inter medicos infimi subsellii me ipsum numero; non sufficimus omnibus. Tibi palmam dabunt hodierni omnes medici, ut pace ipsius invidiæ, hoc dicam. Risi cùm D. Missa \*\* (tuus

\* Le Mémoire couronné par l'Académie de Toulouse, en 1748, était un Mémoire sur *la Rage*, traitant de la rage spontanée et de la rage communiquée, des symptômes de cette terrible maladie, des divers effets de son venin, qui a tant d'affinité avec la Vérolique, et des divers moyens d'y remédier, dont il cite plusieurs exemples. (Not. bioc., præcit., p. 49.)

\*\* Le 50 janvier 1749 B. de Jussieu écrivait à Linné : « *Te suadente et cupiente, suscepit iter alex plenum, tuus non meus ex Florâ filius, D. Missa. Etenim ab hac die quæ rem herbariam discere cepit, summo prosecutus est studio, et à te edoceri exoptavit. Ipsi gratulor quòd*